Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26216
Copyright: Admont, Benediktinerstift



subuocc preconia dicentes. Deos blasphemare no
lite. Clamabant enim Marium et Martha. Audisax et ab
bacuc. Non sunt dii sed demones. quos detrahere habent
et principem urbis in potestate. Cotidie dedit sententiam
ut decollarentur. Qui dum ducti fuissent via cornelia
miliario .x. vii. ad nimphas catabassim. ibi in eodem lo
co decollati sunt sub barenario Marium. Audisax. et abba
cuc. Martha autem in nimpha necata. Quorum corpora
iussit incendi ne sepulturam haberent. Matrona vero
nomine felicitas rapuit corpora eorum et in predio suo
sepeliuit. Martha vero deputeo leuauit et iunxit corpo
ribus sororum sub die .x. vii. kal. feb. Vbi prestant beneficia
domini nostri ihu xpi usque in hodiernum diem regnante do
omipotente qui uiuit et regnat per infinita secula secu
lorum amen. Incipit passio .s. Agnetis virginis.

Seruus xpi Ambrosius episcopus uirginibus sa
cris. Die festum sacratissime uirginis celebrante.
hinc psalmi resonant. inde ecrepant lectiones.
hinc populorum turbe letantur. inde pauperes xpi sublen
uantur. Omnes quoque in domino gratulemur. et ad edificationem
uirginum quam passa sit agnes beatissima. ad me
moriam reuocem. Tercio decimo etatis sue anno
mortem peperit et uitam inuenit. qa solum uitae dilex
auctorem. Infantia computabat in annis. sed erat se
nectus mentis in misa. corpore quidem iuuencula. sed
animo cana. pulchra facie sed pulchrior fide.